

audiebatur in Regia clamor victoria. Eius vocem Dominus exaudivit, & in locum suum feliciter introduxit. In loca scilicet pridem catholicorum propria, quæ tyrannicè occupaverat Mahumetana secta: propriaque merito dixit; quippe oratione & clamore terram usurpatam restitavit.

1. Mach
3. 7.
2. Mach
15. 16.

2. Paral.
21.
Indic. 5
8.
4. Reg.
2. 12.

18 Sicine hyperaspites nosse novâ militiâ, gladioque suo protegebat castra. Erat è caelo traditus gladius, non ferreus, sed aureus: gladius sanctus, à Deo munus insigne ac stemma novi ordinis, quo Monachi milites in acie; & intra claustra quæ milites, Monachi: cum Raymundus Sacerdotes & Levitas constituit ad hostes Ezechiel, qui censerent in portis castrorum Domini. Nova bella elegit Dominus, ideoque à Raymundo electa nova militiâ. Erat enim currens Israël & auriga eius. Abulens, hic, quest. 20. Et militiâ eius.

Evaginabatur gladius ferreus in hostes decertantes: aureus fulgebat ad milites, ardentissimo zelo religionis. Sicut olim in caelo pro militante Ecclesia; Signum magnum apparuit, habitavitque gloria in terra nostra, novâ à Raymundo institutâ militiâ: etenim Luna que exaltaverat caput: in Calaravz consinibus; ordine militari surgente, visa sub pedibus. Nolite sacerdoti Mahumetani exaltare cornu: minuitur enim gloria Lunæ defectu, virtute novorum militum, igitur gladij accipites in manibus eorum. Cum audieritis prælia, ò catholici! nolite terri, Raymundo Duce, & huius equestri militari ordine.

— Uno tot prælia vincite bello, Hispanum reparate decus, molomque labantis Imperij fulcite humeris: hæc omnia campus Vindicat: hæc mundo pacem victoria sancit.

4. Des
muni
cui gla
dius.
Apoç
12. 12.

C'au liâ
de bell.
Gen. 2
v. 170.



TAU-

TAUTOLOGIA QUARTA.

LÆTIFICABIS EUM IN GAUDIO CUM VULU TUO. Psalm. 20. v. 7.

EXPOSITIO LITTERÆ.

DE gaudio dicendum est, ut discamus gaudere. Gaudemus, sed quid sit gaudium nescimus: ait Sisbaricus. de Nugis Curial. Igitur in mundo fletus est citius, vel ridendus est fletus. Heraclitus quoties prodierat, & tantum circa se malè olventium, imò malè percunium viderat; fletus, miserabatur omnium, qui sibi læti felicesque occurrerant, missi animo, sed nimis imbecilli, & ipse inter deplorandos erat. Democritum contra (ait Senec. 2. de Ira, cap. 10.) nunquam sine risu in publico fuisse: adeo nihil illi videbatur serium eorum que serio gerebantur. Aut ridenda omnia, aut stenda sunt.

Fletus & risus mundi
e' in versu or
da.
Senec.

Omnia enim stolidi magis admirantur, amantque Inversis que sub verbis latitantia cernunt: Veraque constituunt, que bellè tangere possunt Aureis, & lepido quæ sunt fucata sonore.

Lucret.

Accinit Lucret. 1. de Rerum natur. à v. 526. Sunt vana mentis gaudia, vocumque ludibria, quippe lubricum proficitant dumtaxat nomina. Nomina magna fuge, ne cogaris amplexari poenitentiam; siquidem in gaudio invenies solummodò magni nominis umbram. Fuge: quia ut inquit Juvenal. Satyr. 10. v. 31.

Juvenal

Facilis cuilibet rigidi censura caebinni.

Hæc vox ridenda in gaudio, quo vox tantum invenitur; ut qui gloriatur, in domino gaudibundus gloriatur. Ergo transcamus didascalicum, in litteræ sensum.

2 Argumentum huiusce Tautologiæ sacras æquè ac profanas paginas implet: pro cuius delicate sciendum est, inter aliâ dari in homine potentiam appetitivam, seu inclinationem in commodum, per sensum apprehensum: quæ quidem dividitur in Concupiscibilem & irascibilem. Concupiscibilis patet, quia anima simpliciter propendet in sibi convenientia, cum nocuorum iuxta sensum fuga. Irascibilis, contra obices in cupita, vel in inferentes nocumenta. Hæc autem due inclinationes (inquit D. Thom. 1. p. q. 81. art. 2.) non reducuntur in unum principium; quia interdum anima tristibus se ingerit, contra inclinationem concupiscibilis, ut secundum inclinationem irascibilis impugnet contraria. Unde etiam passiones irascibilis repugnare videntur passionibus concupiscibilis. Ingeniose ac proprie dicitur, Videntur passiones unius alterius passionibus repugnare: equidem dum tristibus ingeritur anima contra inclinationem concupiscibilis; postiora bona appetit, quæ tristibus obtinet; resisteretque per irascibilem, in incommoda verè arbitrareretur gaudia, gloriamque summam subeunda tormenta. Hinc Paulus: Quasi tristes, semper autem gaudentes. 2. Cor. 6. 10. Superabundo gaudio in omni tribulatione. 7. 4. Gaudeo in passionibus. Coloss. 1. 24. & Apostolorum Princeps, Epist. 1. 4. 13. Communicantes Christi passionibus gaudeo. Salut. de Sertorio apud Aul. Gell. lib. 2. Noct. Atticar. cap. 27. Ille (inquit) debonestamento corporis letabatur. Quid filij, si ita servi? Car martyres de vulnere non gaudebunt; si Ethnici hoc faciunt? Dicam ex Seneca Epist. 23. Discite gaudere.

In homine
datur poten
tia concupis
cibilis &
irascibilis.

D. Thom.

Cur in Mar
tribus do
lor dulcedi
ne dicitur
Salut.

3 Appetitus ergo irascibilis habet quinque motus, seu passiones: spem scilicet (de qua ex professo Tautolog. seq.) desperationem, timorem, audaciam & iram. Veritatur enim circa bonum arduum, & malum propellendum. Si bonum apprehenditur ut possibile, est difficile obtentu; Spes in pectore nascitur: si impossibile, desperatio oritur. Si discrimina ad boni operati possessionem sint gravia, ceterum superabilia; Audacia prodit (propter bonum futurum, malum præsens cor infractum non horrescit) pericu-

Passiones
irascibilis.

Mentis dicitur Complacentia. Luc. 4. 22. Mirabantur in verbis gratia, qua procedebant de ore ipsius. Qua de causa dixerunt vel qui oderant de Christo: Nunquam sic locutus est homo. Ioann. 7. 46. Aliquando Magnificentia & Exultatio, ut dicit Virgo-Mater: Magnificat anima mea Dominum, & exultavit spiritus meus in Deo salutari meo: Luc. 1. à 46. Ubi Caietan. Magnificans, cognoscitio; exultare, affectiva partis est. Etiam gaudium dicitur pro felicitate. Gaudes in omnia saecula saeculorum. Tob. 13. 12. Sequitur eos gaudium. Proverb. 12. 20. Magna nunciavit gaudia. Plaut. Trucul. Act. 4. scen. 1. v. 4. sicut Laeti Dii; laeta omnia, extra laeta, pro felicia apud Taubmann. in Prologo Amphitr. v. 1. Unde de Didone erigente Carthaginis muros, dicit Virgil. 12 Aenid. à v. 507.

Luc. 7. 46.

Caietan. Pro felicitate.

Virgil.

Pro voluptate & eius illecebris.

Seneca.

Gaudia munda cur irrita similit.

Ambros. Falsa & noxia.

Lucret.

Seneca.

Vera ex virtute.

Martial.

Epiet. Philo.

Verum gaudium non in eundo sed in Deo, & qualiter

Gregor. Mag.

9 Quandoque letitia ac gaudium usurpatur pro voluptate sensuali, seu potius pro illecebris voluptatis: qua de causa saepe in Biblijs non gaudium & letitia, sed horum Vox tantum dicitur. Vocem gaudij & vocem letitiae: vocem sponsi & vocem sponsae. Ierem. 7. 34. 16. 9. 53. 11. & Baruch. 2. 23, igitur quae non cordis, sed carnis, mala mentis gaudia. Gaudium onagrorum: Isai. 32. 14. Stulticia gaudium stulto. Prov. 15. 21. Pro Venere usquequaque apud Propertium, Ovidium, & Petronium, phrazaum amulo Apuleio. Auditorum tædet: tantum placet, quod vel ab his dicitur falsa gaudia; ut alij despicientes embolia cognoscant, & qui gaudent, tamquam non gaudentes sinti quippe dum illecebra aviditatem lactat, extrema gaudij luctus occupat. Agnovit videns, qui prorsum cæcus. Dixi in corde: Assuam felicitis; & gaudio dixi: Quid frustra deciperis? Aptè Seneca, Epist. 23. Ne gaudeas vanis. Culmen est: ad summam (inquit) pervenit, qui scit quo gaudeat. Hoc ante omnia fac: disco gaudere. Existimas me nunc detrabere tibi multas voluptates, dulcissima oblectamenta: Imò contra, nolo tibi unquam deesse letitiam: volo illam tibi domi nasci: nascitur, si modo intra teipsum sis. Cetera bilaritates non impleat pectus, sed frontem remittunt: leves sunt, nisi forte tu iucius illum gaudere, qui ridet. Mibi crede: res severa est verum gaudium, & voluptates tenore sub freno. Haec qui apud se versat, in magna gaudio est, sed parum blando. In huius gaudij possessione esse se volo. Mundi blandimenta noxia, mellita tipicula. Gaudia, quae lachrymis gravida. Novarin. Umbr. Virg. Excurs. 145. n. 1366. confert Iridi, cuius mille colores; cæterum ritus plorantis Olympi. Invenis letitiam mundi (iuste Ambrosius, 1. Officior. cap. 12.) opes, abundantiam, introspecte vulnera, & videntes anima, cordisque multitudine. Ignorant fatui delusi (ut ait Iuvenal. 6. Sat. Tyr. v. 364.

Quanti sibi gaudia constant.

10 Quod dicunt gaudium, non verum. Condicio gaudij veri est rectitudo, decor & permanentia. Unde Stoicus, Epist. 27. Sola virtus (inquit) praestat gaudium perpetuum securum. Propositum roborat Epist. 98. subdend: Nunquam credideris felicem quemquam ex felicitate suspensum: fragilibus innititur, qui adventitio letus est: exhibit gaudium quod intravit. Cetera, quorum admiratio est vulgo, in diem bona sunt. Quid ergo: Non usui, aut voluptati esse possunt? Quis negat? sed ita, si illa ex nobis pendunt, non ex illis nos. Filij hominum usquequod gravi corde? Utquid diligitis vanitatem, & quaeritis mendacium?

Gaudia non remeant, sed fugitiva volant.

Profana gaudia somnija sunt similia (dicit Philo lib. de Ioseph) veniunt, abeunt, occurrunt, refugiant: priusquam comprehendantur, avolant. Iure cordatque David, postquam gaudio expertus lapsus, gaudium sollicitans verum; dicit: Mihi autem ad habere Deo, bonum est. Psalm. 72. 28. Quid mirum? Perfertum gaudium (inquit Bernard. Epist. 114. n. 1.) non est de terra, sed de caelo: idest, non de hac convulsa plorationis; sed de illa, quam suminis imperus latissat civitatem Dei. Revera illud verum & solum est gaudium, quod non de creatura, sed de Creatore concipitur, & cum possideris, nemo tollet à te: cui comparata omnis aliunde iucunditas, moror est: omnis suavitatis, dolor est: omne dulce, amarum: omne decorum, fedum: omne postremum quodcumque aliud delectare possit, molestum. O Monachi! gustate & videte, quoniam suavis est Dominus. Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum! Alia quantumvis gaudia, uti ait Gregor. Magn. in Evangel. Homil. 10. Vana letitia. Plin. 7. cap. 42. Qua mala immensa, nisi ex ingentibus gaudijs? Ritus dolori miscetur. Pa-

Paveant corda futilli gaudio, igitur (ut succinit Claudian. de Bell. Gildonic. v. 228.)

Permissio tremuerunt gaudia sterna.

11 Interdum gaudium accipitur pro causa gaudij, de quo infra fuses. Interdum pro effectu gaudij metonymicè, vel synecdochicè. Iudith, 15. 15. Omnes populi gaudebant cum mulieribus & virginitibus, in organis & citharis. Idest, organis & citharis conceptum & perceptum cordis exprimebant gaudium. Eth. 8. 17. Mira exultatio, epule atque convivia & festus dies. Genes. 31. 27. Cur ignorare me fugere voluisti, nec indicasti mihi, ut prosequerer te cum gauio & canticis, & tympanis & citharis? Denique Isai. 24. 8. Cessavit gaudium tympanorum, quievit sonitus laetantium, conticuit dulcedo citharæ. Apuleius 11. Metam. de pompa Iudis, Mulieres (inquit) candido splendentes amicimine, vario letantes gestamine, solum sternebant sterculis. Symphonia debine suaves, fistulaeque modulatis dulcissimis personabant. Inter Auctores variae profectio sententiae in diuisione gaudij, atque à letitia discrimine, & cordis exultatione. Praetor augurot huiusmodi voces permittim & indifferenter in singulis inveniuntur. Vide Aufon. Popmam de Different. verbor. Meo quidem iudicio usus illarum duntaxat pro amplificatione gaudij. Unde Terent. ubi sup. v. 13.

Gaudia sua somnes homines conferant unum

In locum, tamen mea exuperat letitia. Gestio.

12 Frideric. Taubmannus in illud Plauti Penul. Act 5. scen. 4. v. 105. Letitia & gaudij; subdit: Gaudium est affectio animi modeste & constanter se effertentis. Letitia est exultatio quadam animi effuse & inaniter elati eventui rei expectata. Isidor. 1. Differentiar. n. 164. inquit: Stoici sic distinguunt. Gaudium esse elationem animi, in huiusmodi digna sunt exultantis: Letitiam vero, effrenatam animi elationem, qua modum nesciat, & in his quoque qua vitio sunt mista, letetur. Sumptum ex Cicerone 4. Tuscul. qq. ubi: Cum rationis animus moeatur placide atque constanter, tunc illud gaudium dicitur: cum autem inaniter & effuse exultat, tunc illa letitia gestiens & nimia dici potest: quam ita definiunt: Sine ratione animi elationem. Gaudere decet, letari non decet. Terent. in Eunuch. Act. 3. scen. 5. v. 7. Quid gestiam, aut quid letus sim? Quid quod se gestit? Quo loco Donatus: Gestire est, moru corporis monstrare quid sentiat. Constant autem à peccandis ad homines esse translaturum. Suffragatur Stoicus. Vitium esse voluptatem credimus (inquit Epist. 59.) ponere tamen illam solemus, ad demonstrandam animi bilarem affectionem. Scio & voluptatem rem insanam esse, & gaudium nisi sapienti non contingere. Est enim animi elatio, suis bonis viribusque sidentis. Vulgo tam sent loquimur, ut dicamus, magnum gaudium nos ex illius consulat, aut ex nuptijs, aut ex parvi uxoris percipisse; que adeo non sunt gaudia, ut sepe initia futura tristitia sint. Gaudium autem iunctum est, non desinere nec in contraria verti. Itaque cum dicit Virgilius: Et mala mentis gaudia, disertè quidem dicit, sed parum proprie: nullum enim malum gaudium est. Voluptatibus hoc nomen impusit, & quod voluit, expresse significavit enim homines, malo suo letos: Sapiens ille est, qui plenus gaudio, bilaris & placidus, inconcussus cum Dijs ex pari vivit. Scio tantum tibi ex sapientia, quantum ex gaudio. Inter honores gaudium, idest, inter sollicitudines quaeris? Ista qui sic petis, tamquam datura letitiam & voluptatem, causa dolorum sunt. Omnes tendunt ad gaudium; sed unde stabile magnamque consequantur, ignorant. Hoc ergo cogita, hunc esse sapientis effectum, gaudij equalitatem. Habes ergo quare velis sapiens esse; quia namquam sine gaudio est. Gaudium hoc non nascitur, nisi ex virtutum conscientia. Non potest gaudere nisi fortis, nisi iustus, nisi temperans. Patet, de gaudio quid dicant Stoici. Ille laetans (ut canit Lucan. 2. Pharsal. v. 373.)

Duro qui admisit gaudia cultu.

13 Expellitur ergo de cordati pectore letitia: quia philantia, sui complacentia, ambulans in magnis & mirabilibus super se, mentis elatione; quali intra se nequeat gaudia continere, quia letitia haud animi iucunditas, sed elatio, cum aliorum despectu mentem eripiens voluptate concepta, atque prudentia calcata, quod liquet vultu & gestu. Vix sum apud me gaudio. Terent. Andr. Act. 5. scen. 4. v. 34. Multos extra se praeter gaudium, refert Cæli. Rhodigin. lib. 9. cap. 14. Sic ergo datur cordatis gaudium, quia exhibitio animi sine iudicio voluptatis; & stultis letitia, quia stultorum proprium, iucunditate concepta, signa animi leti ostendere motu & gestu. Plato de Pulchro, in voto tantum collocat gaudium, haud in fruitione voti: ita ut gaudium solummodo sit in reum contemplatione, & non in acquisitione. Vere gaudium Platonice, indulge-

Claudian. Efficitur pro causa, & eorum.

Apulj

Terentia

Taubma

Isida

Ciceris

Discrimen inter gaudium & letitiam.

Seneca

Lucaia

Letitia pro philantia

Seder gaudij, letitiam, & exultationem. Psalm. 50.

retur facultati; modo in contemplatione constitueret gaudium, ac in contemplatorum possessione letitiam. Unde alij gaudium in mente (uti Rhodigin. ibid. refert) letitiam in corde, ac exultationem, sive iucunditatem ex voluptate in sensibus signant. Vid. num. 8.

Quid hoc tria

14. Genebrardus in Psalm. 50. in illud: *Audisti meo dabis gaudium & letitiam & exultabunt ossa humiliata*; gaudium & letitiam ex nuncio restitue gratiae tribuit menti, & exultationem corpori, prius affecto dico ex flagitijs cruciamine. Gregor. Magn. hic gaudium intelligit de gloria animae, letitiam de gloria corporis; qua de causa additur, *exultabunt ossa humiliata*. Etenim cum verbum asperum in die iudicij extremi sic reprobis, *Discedite a me maledicti in ignem aeternum*, verbum bonum, dulcissimum quidem, audient iusti; *Venite benedicti Patris mei*, &c. Quare David dicit: *Audisti meo dabis gaudium & letitiam*, cum propter corporis gloriam exultent ossa humiliata. *Gaudium & letitiam*: in illa terra viventium, quae iustorum glorificatorum geminum gaudium. Propter hoc in terra sua duplicia possidebant: letitia sempiterna erit eis. *Gaudium & letitiam*, duplicem sanctorum venerationem intellige, qui visione claritatis in illa die, quantum cogitare non possumus, illustrati sicut animarum perficiuntur beatitudine, ita etiam corporis vestientur incorruptione. Exultabunt Sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis. Crucius in Psalm. 83.

Greg. Magn.

Crucius.

Corque & membra micant, hilari exultantia motu: Qua possunt Dominum singula voce canunt.

Isai. 61. 10

P. Thom.

15. Eodem sensu exponit D. Thomas. Pro quo sciendum, gaudium & letitiae saepe-
sepius in sacra pagina addi iubulum, exultationem, gloriam, seu gloriationem; quae non solum demonstrant iucunditatem, sed specialem complacentiae atque hilaritatis modum; quali gaudij excessum, ac mentis raptum. *Gaudens gaudebo in Domino*, & *exultabit anima mea in Deo meo*; igitur anima induta in caelo vestimentis salutis, & corpus circumdatur indumento iustitiae. Hinc in testimonium David inquit Angelicus Doctor: *Spirituale gaudium habet tres gradus: primus existit in complacentia affectus: secundus, in dilatactione cordis: tertius in progressu ad exteriora*. En gaudium, letitia & exultatio. Gaudium, dum affectus quiescit in re amata: letitia in redundantia usque ad corpus exultatio in signum gaudij & letitiae. Arbitrari illo in articulo peccatoris Davidis iustificati, Gaudium de peccati abolitione, letitiam de colatione gratiae, Exultationem de status mutatione. Quid quod iacens in limo profundi, de quo haud valebat emergere, sospes egressus, gratia iam decorus, & iudici acceptus, extra se pra gaudio effert, & letabundus gessit. Nostrates: *Salus de aegritia*: sic apud Romanos dicitur *Salus*, ut iucunt Ovid. 3. *Fastor. v. 379.*

Salis à saltu nomina ducta.

Psalm. 67.

Quid sit iubilum

Greg. Magn.

De claudo in motus integritatem restituito, Act. 3. 8. dicitur palilogicè: *Exiliens Actis: & intravit in templum ambulans & exiliens & laudans Deum*. Psalm. 67. 4. *Exultent iusti in conspectu Dei, & delectentur in letitia*: hoc est, tanta letitia ex delectatione, ut gaudium deonstretur motu corporis, hilaritate vultus: quod quidem dicitur *iubilum*. Gregor. Magn. 28. in *Iob. cap. 7.* *Iubilatio quippe dicitur, cum cordis letitia oris efficaciam non explicat; sed quibusdam modis gaudium prodit, quod ipsi qui gaudet nec regere pro valet, nec explere*. Hoc ergo intuita Psalm. 31. 11. dicitur: *Letamini in Domino & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde*. Quo clacet plus esse exultare quam letari, & gloriarì, quam exultare. Letitia spectat homines iustificatos à peccato: exultatio ad illos, quorum recta sunt peccata (hoc est, remissa etiam peccatorum poena) gloriatio verò ad illos, quorum non est inventum peccatum, & sine macula sunt ante thronum Dei. Brevi dicam. Gaudium de remisissis peccatis: letitia de donis concessis & exultatio seu gloriatio de donis futuris: ex quo omne gaudium. Hinc Petrus 1. Epist. 1. 8. *Exultabitis letitia inenarrabili & glorificata*. In exultatione, seu gloriatio innotescit letitia cordis gaudentis: equidem gaudium, quali torrente voluptatis, sanguis ad exteriora extenditur, ex cuius diffusionem affectio cordis patescit. Cor gaudens exhilarat faciem, sicut spiritus tristis exiecat ossa.

Psalm. 102.

16. Ergo iam in delicationem principalis Tautologiae, ex qua affines. De Rege gloriae Christo Domino, dicit David Patri caelesti, qui illum misit in hominum redemptionem propter nimiam charitatem, *Letificabis enim in gaudio cum vultu tuo*. De Messia loquitur Regius Psaltes, sed de Messia uti Rege, inquit Caietan. hic: id est de honore & premio propter redemptionem factam. Fallitur, ni fallor: liquidem de meritis ac honoribus Salvat.

Salvatoris loquitur. De merito, *Prævenisti enim in benedictionibus dulcedinis*: de premio, *Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso*. Prævenio dulcedinis in benedictionibus (ut faceret voluntatem patris, & proposito gaudio fulmineret crucem) fuit gratia Unionis (ut dicitur Theologi) quae inter gratias, superioris ordinis: etenim licet in festi quidam modus creatus (quatenus attingit Deam ipsum in se, & illi intimit & substantialiter coniugit naturam creatam, & facit quod ille qui verus homo sit etiam verus Deus, non participative, sed personaliter & per essentiam) pertinet ad gradum supereminentiorem gratiae. Ita Scholastici DD. cum D. Thom. 3. p. 2. q. 7. & hic Exim. Doctor, *disput. 9. scilicet. 2.* Etiam Christo præter gratiam singularem fuit præventa dulcedo plenitudinis gratiae Capitis: quae quidem excelluit ordine, perfectione, ac virtute. Ordine, uti primogenitus in multis fratribus. Rom. 8. 29. Perfectione, quia vidimus eum plenam gratiae & veritatis Ioann. 1. 14. Virtute, quippe de plenitudine eius omnes accepimus. Ibid. v. 16. Plenitudo harum gratiarum, Unionis scilicet, Capitis & Singularis habet ordinem inter se: igitur est omnia simul, per intellectum concipitur gratia Unionis, uti causa finalis, prior Singulari. Singulari uti causa formalis ad propriam iustificationem prior excellentia Capitis. Hæc verò postrema, uti causa efficiens, in ordine ad alios, & influxu ad omnia membra iustificata gratia ipsius, quia per ipsam accessum habemus ad Patrem. Unde duæ posteriores ordinantur ad actum tam in personalem iustificationem, quam aliorum: gratia autem Unionis duntaxat ad alie personale, ut Christus homo Deus sit.

17. Primo igitur Propheta loquitur erga Messiam de donis gratiae, quia in diebus carnitæ præventus à Patre in benedictionibus dulcedinis (per Hypallagen, pro Dulcedine benedictionum) post de donis gloriae: etenim morte Christi mundo redempto, & pretiosissimo lytro; vitam immortalem per resurrectionem petijt, & Pater tribuit: imò gloriam & magnum decorem (id est, decorem gloriae magne per Hendiadym) in mundo concessit, & in caelo coronam compactam è gemmis capiti imposuit: tuncque viva plenitudo letitiae, quae ex Dei facie; quia facies Dei causa consummata letitiae: haud quia à primo conceptionis instanti non fuerit beatus; sed quia post consummatam redemptionem, data est illi cum nomine super omne nomen, potestas omnis in caelo & in terrarum esse constitutus iudex mortuorum & vivorum, in supremo gloriae throno collocatus, sedendo ad dexteram maiestatis in excelsis. Sermo hic itaque de duplici statu humanitatis Christi: præter mortalis, donis & gratijs singularibus præ participibus abunde præventus; & præter immortalis, in caelo ad Patris dexteram miro planctu constitutus: unde dicitur, *Letificabis eum in gaudio cum vultu tuo*: iustificatus in gaudio, quia aspectu vultus tui (inquit Genebr.) *magnum letitiam capiet; nam clarissimè à cui visione ultra caeteros profuerit quæ etiam homo*. Cum ipse Deus cum hominibus, absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt. Quid Dei visione ex tot pæssis, dum pro blandimine, non Stoicè, sed procièdè dicat Seneca de *Consolat. ad Polyb. cap. 31. In hoc uno* (& erat stolidissimus bipedum Claudium Cæsar) *tibi satis praesidijs, satis solatijs est. Attolle te, & quoties lachryma suboritur oculis tuis; toties illos in Casarem dirige: specubuntur maximi & clarissimi conspectu Numinis. Fulgor eius illos, ut nihil aliud possint aspicere, prastringet: in se harentes detinebit. Eugepæ, quia barbè tenus, Stoicus. Prætermittamus nugæ.*

18. His premiffis letitiam in gaudio exponere possumus dona gratiae & gloriae: ita ut letitia ad gloriam, gaudium ad gratiam spectet, ut cogitat Calsiodor. in *Psalm. 50.* præratum: ita constat omni gaudium, ut dicitur Rom. 15. 13. *Iacob. 1. 2. & 1. Theof. sal. 3. 9.* Christusque, ut sequerentur vestigia eius, proximus passioni affectus dixit: *Hæc locutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur*. Ioann. 15. 11. Hoc est gaudium plenum, ex gratia scilicet & gloria. *Petite & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum*. 16. 24. *Ut gaudetis gratia & gaudium vestrum plenum sit gloria*: 1. Ioann. 1. 4. Vivide ac nervosè Petrus: *Gaudet, ut in revelatione eius gaudetis exultantes*. Hebraei superlativis carent: qua de causa ut magnitudo rei, de qua sermo, innotescat; per Epizeuxim, unice vocis vel æquipollentis geminatione, præstantiam, excellentiam, aut extensionem exponunt. Plura testimonio præmissis Tom. priorib. & in *Prolog. Galeat. s. 4. num. 4. & 5.* Quapropter ubi unà invenitur Gaudium & Letitia, pro superlativo accipi debent. *Letificabis enim in gaudio*: id est, repletis præstantissimo, plenissimo gaudio. *Abundantia gaudij*, ut dicitur 1. Cor. 13. 8.

Quatenus in Corillis præventiones dulcedinis

Et plenitudo gratiarum

Hypallage & Hendiadym.

Expositio x.

Genebra

In Dei visione cum vultu tuo.

Seneca

Rom. 15. 13.

Ioan. 16. 24. 1. Petr. 4. 13.

Epizeuxis

Geminatio pro superlativo.

surperur: idest, Valde velociter. In Hippolyt. v. 60. *Diana veneranda, veneranda*: hoc est, auguste ac summe veneranda; sicut supramodum miserabilis, dum ibid. v. 830. de Phœdra dicit: *Miseranda miseranda*. Aristophan. in *Aves*, Act. 11. v. 40. *Stolida, stolida*. Plaut. in *Circul.* Act. 2. scen. 2. v. 11. *Longe procul*. In *Pœnul.* 3.5. v. 4. *Ma-lum, damnumque*. In *Pseudol.* 3.2. v. 30. *Condimentis condunt*. Sopho. in *Elect.* v. 783. *Exul exulabat*: putâ miserimè. Lucret. 2. v. 794. *Contra pugnet & obster*: scilicet, fortissimè pugnet. Omitto alia: ne fallidò sint, in posterum, ubi aptentur. Haud aliter expositio in Tautologijs præfixis. *Gaudete, iterum dico, gaudete*. Philipp. 4.4. Nimirum: *Eis gaudete: gaudete abunde. Vocem gaudij & vocem lætitiæ*. Ierem. Exp. *Gaudium & lætitiæ*. 1.5. 16. 1. *Mseb.* 4.59. *Sapient.* 8. 16. *Esth.* 9. 22. *Baruch.* 4. 23. *Isai.* 33. 10. *Ecclesi.* 1. à 11. *Joel.* 1. 16. Quod quidem torum in gaudij excessum, per abundantem felicitatem, atque boni fructione in complacentiâ voluntatis, ac exultatione cordis; quippe faustè, ubertim, plene posita vota; unde perfecta lætitiâ. Iacob. Billius in *Antibolog.* ad rem succinit:

*Dum non perturbant animum discrimina rerum,
Dumque diem pacis prælia nulla premunt;
Tranquillam & curis vacuum lætitiæ mentem
Imbuet, & placidæ pectoris hospes erit:
Nam quod non fuerit conceptum corde quieto,
Acquiri in sevo turbine non poterit.*

Jacob. Bill

24 Videntur pro meo capti cuncta in præsens argumentum spectantia, cum illustratiõibus literaliter exposita; sed alia cogito pro principali pleonasmò: quo quidè magis elucebit varicinium prolatum à Davide, de Christo gaudio lætificato à Patre. Uti obius in sacra pagina Meronymix, quo schemate effectus exprimitur pro causa, fructus pro radice, pro origine principiatum, significatio pro signo significante, atque contentum pro continente. De his acceptionibus sepe egimus: sed necessaria modò observatio de signo ac effectu in argumentum præfens. *Lætitiæ sempiterna super capita coronam: gaudium & exultationem tenebunt*. Isai. 51. 11. An gaudium & exultatio ex lætitiâ? Nullo modo. Hic lætitiâ sumitur pro Corona ornate capita, ex qua lætitiâ. Ita Romani in triumphis, & qui vitalabant, dicebantur *Lati*, quia ad id munus accedebant coronati. Stephan. Forcatul. & Panvinium cum Anton. Thyleseo de *Coran.* videris. *Spoliavit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo*: dicit Iobus, 19. 9. Idem, qua in folio regio gloriæ dignitatis ostendebat. Soufa hic:

Metonymia

Isai. 51. 11
Lætitiâ pro
corona.

Mell. Souf

*Ac me deictum raptò spoliavit honore,
Proiecitque meam dextrâ tollente coronam
Vertice de summo.*

Esth. 15. 4. *Deposuit vestimenta ornatus sui, & circumdata est gloria sua*: videlicet, & deposita communi veste, sumpsit speciosiorum, pretiosam, spectabilem; quæ eius dicitur gloria; quippe illo cultu gloriæ regis maiestatis ostendebat. Unde in eodem articulo de illa dicitur, 5. 1. *Induta est Esther regalibus vestimentis*. Quicquid Regnum concedet, gloriæ dicit, & lætitiâ, quia gaudium è signis auctoritatis oritur: Allipulatur Regius Pfaltes: *Concedisti sacrum meum, & circumdedisti me lætitiâ*. Pf. 29. 12. *Lætitiâ*, idest, purpura; quippequam è sacro pastorio elevasti ut regio cultu sederem in throno, ostenderemque in pretiositate vestis, quæ & quanta gloria coronæ in sede superiore maiestatis.

Ubi supr.

Expositio
lætitiâ.

Plauti

25 *Equè in præfenti testimonio nostræ Tautologiæ. Lætificabis eum in gaudio*. Gloria & honore coronatus Christus Dominus, gaudio dicitur lætus ac lætificatus, sumptio gaudio pro corona, quam super caput ex lapide pretioso gerebat. Accipitur effectus pro causa, & signum pro re signata: igitur ex gloria & maiestate oritur gaudium: gaudium-que dicitur non illa cordis quæ ex gaudio lætitiâ, sed unde oritur gaudium, nimirum, ex gloria. Plaut. uti vidimus, n. 8. *Ad me magna nunciavit hodie gaudia*: hoc est, causam magni gaudij. In *Asinular.* Act. 5. v. 1.

*Dij immortales, quibus & quantis me onerastis gaudij!
Quadrilibrem aulam auro ornissam habeo.*

Aulam, idest, ollam: Pestus & Taubmann. Aurum inventum, causa gaudij, dicitur gaudium. Hinc apud eundem in *Pœnul.* Act. 5. scen. 4. v. 105. Senex de filiabus inventis dicit: *Dij, vobis magnas gratias, cum lætitiâ tanta, & tantis affectibus gaudijis*. Terent. in *Adelph.* Act. 2. scen. 1. v. 17. *Latus lætitijs*. Haud ut explicetur magnitudo gaudij

(ut

(ut ait Lyranus ad illud Isai. 61. 10. *Gaudens gaudebo*: ubi, *Duplicatur verbum gaudij, quia ex gaudio & gratitudine interiori fit redundantiâ in signo & opere*) sed opus felicitatis, ex qua gaudium. Ita ergo dum Christus dicitur gaudij lætificatus à Patre, non sumitur gaudium pro affectione cordis, seu complacentiâ mentis; sed pro causa gaudij, quia magna gloria eius in decore maiestatis super omnes vel in carne constitutus: qui in diebus carnis suæ paulo minis ab angelis minoratus. Crucius hic:

*Immensa gliscit gloria,
Rex fama, laus, felicitas:
Tui ex parata gratia
Suum trahentem gaudium.*

Lyran:

Cruc:

Cyroll;

Soph. 1. 7
Pf. 105. 5
Pf. 131. 6

Ioana. 5
29.

Expositio
quartæ.

Gaudium
pro plausu

Iuvene:

Plut:

26 Pater, effectum substitui pro causa, quæ regula necessaria studiosis, in plurium sacrarum auctoritatum intelligentiam. Ioann. 17. 3. *Hec est autem vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum*. Vita æterna, idest, causa vita æternæ. Ego sum resurrectio & vita. 11. 25. *Vita, veritas, & vita*. 14. 6. *Mandatum eius vita æterna est*. 12. 50. In propositum explicat Cyrillus, lib. 11. cap. 16. *Radixem* (inquit) *atque originem æternæ vitæ*. Quo sensu 1. Ioann. 5. 4. *Hec est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra*. Fides igitur est causa victoriæ ex mundo. In dieb. 12. 5. 10. *In gloria Ierusalem, tu lætitiâ Israel, tu honorificentia populi nostri*. Pfalm. 26. 1. *Dominus illuminatio mea, & salus mea*. Pfalm. 21. 4. *Laus Israel*. Imitatus Ieremias, 17. 14. *Quoniam laus mea tu es, Pindar. Olymp.* 9. Od. v. 26. *Floret virtutibus*: idest, coronis virtute partis. Sophocel. in *Trachin.* v. 104. *Iubilate iubilis*: idest, victorij. Ita Angelus, Luc. 2. 10. *Evangelizo vobis gaudium magnum: singularem operatum felicitatem*. Quo quidem delictantur aliqua pleonasmica testimonia. *Gaudetis super te lætitiâ*: idest, virtute, lætitiâ causa. *Ad letandum in lætitiâ plebis tuæ*: cultu, virtute, felicitate ac religiofitate. *Sacerdotes eius induant salutare, & sanctis eius exultatione exultabunt*. Exultatione, pro religione, quia non est alia natio quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis. *Dent.* 4. 7. *Non fecit tibi iter omni nationi, & iudicia sua non manifestavit eis*, Pf. 47. 20. *Gaudio gaudet*: visione felicitate atque plausu Salvatoreis. *Simile est regnum celorum thesauro, quem qui invenit homo, pro gaudio illius vadit*, &c. Matth. 13. 44. *Pro gaudio*, nimirum præ thesauro pretiofitate & opulentiâ. 2. Cor. 7. 13. *Gavisus sumus super gaudio Titi*: idest, de adventu Titi (ut dicitur v. 6.) de visitatione vestra gaudentis. Sic alia quæ expressa à n. 7. Unde perspicua expositio Tautologiæ principalis, expressa causa effectus per effectum, atque signato per signum, lætificato Christo in supremo throno mirabili gaudio: equidem cum gaudium signetur, ex quo gaudium oritur; præ cunctis unctus est oleo lætitiæ, dum gloria & honore donatus in celo à Patre.

27 Scietur modò discrimen inter *Gaudio gaudere*, de quo locuti sumus, & *Gaudere gaudium*; quæ phrasîs invenitur apud AA. & non infini sublellij, eruditionis è trivio. *Gaudere gaudium*, inter adagia notatur ab Erasmo, *Chilhad.* 3. *Centur.* 3. num. 8. Aul. Gell. lib. 9. cap. 9. *Gaudium gaudet*. La-Zerda in Virgil. 1. *Æneid.* v. 500. n. 4. Terent. in *Andria*, Act. 5. scen. 5. v. 8. *Hunc scio mea solidè gavissurum gaudia*. Cælius Cicroni, lib. 8. *Epist.* 2. dicit: *In theatrum Curionis Hortensius introit: puto, ut sumum gaudium gauderemus*. Crucius in *Pfalm.* 117. *Eis fœdales gaudemus gaudia*. Hæcine phrasî non intelligitur absolutè gaudium, sed expressio gaudij, sicut exultant victores capta prædâ, quando dividunt spolia. Plautus innuitur, & gaudium non de gaudio, sed de causa gaudij. Iuvene. lib. 1. *Hystor.* *Evangel.* à v. 272. modulatur de Magis amissam videntibus stellam.

*Ece via medio stellam præterire cernunt
Sulcantem flammis auras, quæ in culmine summo
Resistit, & pueri lustrata habitacula monstrat.
Gaudia magna Magis gaudet, siâusque salutarum.*

Magna gaudia, idest, magna signa gaudij, quod festivè, ut solet, Plautus, ostendit in *Pseudol.* Act. 2. scen. 4. à v. 11.

*Io, io, io: te te quæro, cui ter, trina, triplicia,
Tribus modis, tria gaudia, tribus artibus,
Ter demeritas dem lætitiâ.*

Hoc est plausu promam coram te gaudium de tot tuis lætitijs: equidem summè gratulor, latentemque lætitiâ plausu coram gaudente de lætitijs ostendo. Gaudium accipi pro

pro signo gaudij, dicitur num. 11. *Cessare faciam omne gaudium eius, & omnia festa tempora eius.* Osee. 2. 11. *Iudais nova lux oriri visa est, gaudium, honor & triumphum: omnique civitas exultavit, atque letata est.* Esth. 8. à 15. *Quiescere faciam de plateis Ierusalem vocem gaudij & vocem letitiae: vocem sponsi & vocem sponsae.* Sic alia pro plausu & in gaudio gaudij signo.

Exultatio
pro plausu,
laude aut
gratulatione
Pl. 131. 16

Genebr.

Aul. Gell.

Discrimen
inter gaudij
gaudere, &
gaudere gau-
dium.

Donat.

Cicero

Exposit. 5.

Apoc. 19. 7

28 Hinc exultatio (quæ iuxta Caietan. in Luc. 1. 47. plusquam læticia est) usurpatur pro cantico, gratulatione, plausu & applausu. *Plaudite manibus, jubilate Deo in voce exultationis:* Psalm. 46. 2. Quapropter dum Arca fœderis translata in arcem Sion, dicitur 2. Reg. 6. 15. *In iubilo & in clangore buccinae.* Additur 1. Paralip. 15. 28. *Et tubis & eymbalis & nablis & citharis concrepantes.* Eodem sensu dissolvitur Tautologia, qua de Sacerdotibus dicitur: *Exultatione exultabunt.* Hebr. *Laudando laudabunt.* Idem Hieronym. *Gratulatorie acclamabant.* Maluend. *Levite* (inquit Genebrard, hic) *ad ministerium consecrati, in suggestu & choro coram te canant ore, & psallant instrumentis musicis, hilariter ministrant, te laus laudibus celebrent.* Primò v. 9. tantum dicitur: *Exultent simpliciter:* post exultationi additur exultatio, ut extra pre laudes ac plausus vocis pateret gaudium lætitudinis pectoris; uti dicitur *Isai. 61. à 10. & Zachar. 2. 10. Lauda & letare:* q. d. *Prome vocibus exultationis, quantum in pectore gaudium.* Pl. 9. 3. *Letabor & exultabo in te, & psallam.* Hæc in distinctionem gaudij, quod dicitur gaudium cordis, seu intra pectora gaudium, quasi *secretum munus mihi,* ut dicit Evangelicus Vates, 24. 16. seu gaudium in sinu. Gell. d. *Gaudium gaudeat genuinum & intimum, atque in ipso penetrat cordis, & anima vigens.* Plaut. in *Epidie.* Act. 5. scen. 1. v. 44. *Tacitus tacens tute tecum, & gaudeas.* Terent. in *Heeyr.* Act. 1. scen. 2. v. 32. *Tacita tecum gaudeam.* Virgil. 1. *Æneid.* v. 506. *Tacitum percontant gaudia pectus.* Propert. 2. Eleg. 25. v. 30. *In tacito gaudia clausa sinu.* Idem Tibull. lib. 4. Eleg. 13. v. 8. Ovid. 4. *Trist.* Eleg. 5. v. 17. *Intra tua pectora gaude.* Pridem Homer. 15. *Odyss.* v. 165. *Gavisus sunt, & in meatibus animus letatus est.* Hocine stylo usus Cicero, lib. 3. *Tuscul. qq.* & Seneca, *Epist.* 106. Ita est, *gaudio gaudere:* dum gaudium in gratulationem, *gaudere gaudium:* ex quo alia occurrit expositio in Tautologiam principalem.

29 *Lætificabis eum* (dicitur) *in gaudio.* Per gaudium signatur plausus, ita ut animus de gaudio alterius gaudeat, quod dicitur *Congaudere,* vel gratulari. Unde dum signatur *Gaudium gaudere* (& non *Gaudere gaudio*) nihil aliud est, quam exprimere gaudium de alterius gaudio, sed de gloria, felicitate, & honore, ex quibus gaudium. *Audierant vicini & congratulabantur ei:* Luc. 1. 58. *Complacencia de proprio bono, dicitur cordis læticia* (*Dedisti læticiam in corde meo:* Psalm. 4. 7.) de alieno bono gaudium; & *gaudium gaudere,* est celebrare unde gaudet, qui à gaudente plauditur. *Donatus in Andr.* Terent. Act. 5. scen. 4. v. 43. *subdit: Plus est ergo gaudere, quam letari.* *Gaudemus itaque nobis, gratulamur alijs: gaudemus quippe nostris, gratulamur alienis.* Unde dicit Paulus, Rom. 12. 15. *Gaudere cum gaudentibus:* hoc est alijs, de bonis gaudentibus gratulari, & plausu exprimere gaudium internum. Plautus, *Mofcellar.* Act. 1. scen. 3. v. 148. *Hæc qui gaudent, gaudeant perpetuo suo semper bono.* Cicero 2. de *finib.* cogitationi aridet: *Utrumque letor* (ait) *& sine dolore corporis te fuisse, & etiam animo valuisse.* Palilogicè explicat utrumque gaudij, idem lib. 3. ad *Attic.* Epist. 20. *Functum esse officio vehementissime probo. Gaudere gaudere me tunc dicam, si mihi hoc verbo licebit uti.* Læticiam tamquam effectum honoris & exaltationis Christi, dicit ipsum exaltationis honorem; dudum observavimus, quo gaudio gavisus est Christus. Restabat, quòd omnes de læticia eius gauderent: & non solum dicitur, quod *Pater celestis eum summa dignitate lætificavit; sed gaudio, aliorum, scilicet, plausu ac gratulatione in maiestatem evexit.* *Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem & divinitatem & sapientiam & fortitudinem & honorem & gloriam & benedictionem: & omnem creaturam, que in celo est & super terram, & sub terra, & que sunt in mari, & que in eo, omnes audivi dicentes: Sedenti in throno & Agno, benedictio & honor & gloria & potestas in secula seculorum.* Apocal. 5. à 12. Hæc est Christi gloria, lætificari beatitudinis gaudio, & eius gaudium gaudere. *Gaudemus & exultemus & demus gloriam ei.* Signat cogitamen Profanus, *Faciam ex leto letantem.* Plaut. *Pseudol.* Act. 1. scen. 3. v. 90. & in *Perfa.* Act. 5. scen. 1. v. 8. *Læti, lætificantes faciam ut fiant.* Vide hic Taubmann: ostendit vim plausus, & gloriam lætantis in gaudio, gratulationis: igitur lætum magis reddunt fruentem gaudio (id est, honore) de honore

ac maiestate, congratulationes complacentiæ: gaudent de gaudio sedentis in supremæ auctoritatis throno. Opportune Claudian. 3. de *Laudib. Stilicon.* à v. 76.

Quanta pensabunt facta corona!
Non solum populi vitam debere fatetur
Arms Roma tuis; sed quòd iucundior esset
Lucis honorate fractus venerabile fama
Pondus & amissus vires, & regnarerepiti.

Claudian.

Hinc per propriè, *lætificabis eum in gaudio:* quippequam ex cunctis gentibus filio Dei solemnibus plausus ac applausus, è maiestate, decore, throno, coronâ, universali regno cum summa potestate, principatuque in cunctis & cunctos, ut caput cunctorum glorificandorum, uti diximus supra n. 16. Sic ergo gaudium Principis dicuntur *Communia gaudia:* Ovid. 4. *Trist.* Eleg. 2. v. 17. *Vicit enim leo, qui occisus est Agnus, dum vitam occisus, à Patre petijt, & gloriosam, immortalem lubridò tribuit.* Aliò intentus signat Salvatoris triumphum, & universi plausum, Statius 2. *Sylvar.* 7. v. 131.

Ovid.

Secura procul hinc abite mortes.
Hec vite genialis est origo.
Cedat luctus atrox, genisque manent
Iam dulces lacrymæ: dolorque fessus
Quicquid flevit ante nunc adoret.

Statius.

3 Hæc de Littera. *Lætificabis eum in gaudio.* Hieronym. *Hilaribus eum læticia Pagnin.* *Læticiam lætificabis,* Maluend. *Gaudio exhilarabis.* Caietan. Idem. D. Thom. *Læticia sempiterna.* Genebrard, demùm: *Magnam læticiam capiet.* Cundâ itaque Verhones aptatæ in acceptationibus gaudij, læticiæ & exultationis, Modò in morum institutum, ut gaudeamus in secula seculorum.

Verfion.

ADINATON EXEGETICUM.

1. *Lætificabis in gaudio.* Ex materia gaudij ostenditur forma. Sublimior gaudij forma ex contraria materia: etenim planè, uti novum, gaudium sublimius, ubi provenit ex pœnis atque vulneribus.
2. *Lætificabis in gaudio.* Virtus Martyrum signatur, dum tormentis vita tollitur: igitur ita appetunt pro Christo pati, & pro illo avidissimè mori; non habeant aliud gaudium, nisi gaudium tormentorum.
3. *Lætificabis in gaudio:* & etiam nascens Virgine, in cordolio: igitur Primiparentes transgressionis expulerunt mœrorem; simulatque filia Virginis præferent nativatem.
4. *Lætificabis in gaudio cum vultu tuo.* Est gloria pena: Etiam gaudium in mœrore. Deficit gaudij species, sed non forma. Semper gaudium est, sed non semper in læticia: diciturque *cum vultu* Deitatis, ex gaudio læticia in celo; quippequam in mundo est læticia sine gaudio: siquidem eorum exultatione mirè repletur pectus, qui scilicet gloriantur inventis tribulationibus.
5. *Lætificabis in gaudio.* Lætificat etiam

afflictio, qua premitur anima, ut liberetur à culpa; diciturque læticiam gaudere, quippe est gaudium ex dolore: igitur cum dolor animam ab ægritudine liberet; ni doluisset, non gauderet.

Epilog. ex
curf.

6. *Lætificabis in gaudio.* Non semper cum læticia gaudium est; ut in illis videntur, quorum Venus icit cor, sagittis volutatis, sed sagittis: quandoquidem quæ plaudunt & dicunt gaudia, sunt cordis vulnera.
7. *Lætificabis in gaudio.* Sine læticia potest esse gaudium, quia non plenum. Patet in Christi amantis nativitate, qua gaudia multa dolori: gaudet enim, quia in effusionem sanguinis Salvator nascitur: & simul dolet, quia nomine Salvatoris non luxit, priusquam circumcideretur.
8. *Lætificabis in gaudio cum vultu tuo.* Ex vultu Dei est gloria, qua in gaudio summa læticia. Ex Dei profectò absentia tristatur anima. In anima Theresiæ variantur effectus, sive lætare, sive pateat Deitatis vultus: etenim miro amoris ingenio, absentia gloriæ habet gloriam; ac in gaudio habet tristitiam.